Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6898
Copyright: Wien, Dominikanerkonvent



341

Incipit tractatus de professione monachorum

Tractatus iste qui est de professione monachorum tres habet partes. In prima forma professionis monachorum declaratur. In secunda temeritas profitentium exprimitur. In tertia negligentia in professorum exercitatur. Prima pars continet decem capitula. In primo capitulo tria explanatur que in professione continetur. In secundo ~~continetur~~ agitur de hiis que valent ad stabilitatem. In tertio de renissione desertis ~~in situ~~ stabilitatis diuisat. In quarto de redditu monachorum ad seculum. In quinto de transitu a monasterio ad monasterium. In sexto de uago et aereo discursu monachorum. In septimo de uera conuersione morum. In octauo de eius impedimentis in quo commendat status viuendi sub obedientia. In nono ondit quantitas culpe in transgressione eorum que in regula continentur et ab abbe mandantur. In secunda parte tractatus in qua reprimitur temeritas profitentium primo onditur qui professio sit temeraria. Secundo quare temeraria professio sit valde periculosa. Tertio tangit de uariis causis temere profitendi. Quarto ondit quid intentionem hi esse temeraria. ~~Secundo quare temeraria~~ professio que non est. In tertia parte que exercitatur negligentia professorum duodecim capitula continetur. In primo ponit qualis reprehensio male iuuenibus in monasterio. In secundo agitur de negligentia lectionis et prolongatione diuini officii. In tertio de malis que secuta sunt et negligentia laboris. In quarto de defectu boni exemplii in abbe. In quinto de malis nobilibus qui bonis ignobilibus preponunt. In sexto de negligentia torpitudinis. In septimo de sollicitudine temporalium. In octauo de dispensione monachorum per parcios prioratus uel alia periculosa expositione. In nono de negligentia circa infirmos. In decimo de negligentia prouidendi conuentui. In undecimo de multiplicatione eorum qui bona temporalia dispensant. In duodecimo de defectu moderationis in abbe circa se et circa alios.

1

2

3

Prologus

Cum displicuerit deo infidelis et stulta promissio. certe. v°. promissio ~~eo~~ stulta sit cum promitteris ea ~~non~~ non intelligit. infidelis aut cui se eam implenturum non credit nec ponit. Ad preces quidam amicorum meorum forma professionis monachorum simplicibus mihi laudam. quam dns dederit. primo proposui declarare. Declaratio enim hominem illuminat. et intellectum dat puuulis. 2° auctoritate sacre scripture temeritate profitentium reprimere. 3° negligentia iam professorum exercere. Verba enim sapientium ~~et~~ sicut stimuli et quasi clauui in altum defixi. certe ~~ulto~~. et stimuli sunt dum negligentes exercent. et clauui in altum defixi dum temerarios referenant. De forma professionis

Forma professionis hec est. Ego frater .N. promitto et conuersionem morum meorum et obedientiam coram deo et sanctis eius secundum regulam bti benedicti in monasterio tali in presentia talis abbatis. et e supra de regula bti benedicti. c° lviii°.

R3.